



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

Cl. Die am Lüneburger Salzwerke berechtigten Prälaten verbinden sich auf zehn Jahre behufs Vertheidigung ihrer desfallsigen Berechtigungen, am 25. August 1391.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

CI. Die am Lüneburger Salzwerke berechtigten Prälaten verbinden sich auf zehn Jahre behufs  
Verteidigung ihrer desfallsigen Berechtigungen, am 25. August 1391.

In nomine Domini amen. Nos abbates et conventus monasteriorum videlicet in Luttere, ordinis sancti Benedicti, in Walkenrede, in Amelingborn, in Riddagheshufen, in Dobberan, in Novo campo, in Hiddensee, ordinis Cisterciensis, nec non decani et capitula nomine nostro et omnium canonicorum, vicariorum et personarum redditus et bona in salina Luneborg optinentium ecclesiarum et civitatum Lubicensis, Zwerinensis, Ratzeburgensis, Hamburgensis, sancti Blasii Brunswicensis, Bardewicensis, Ramesloensis et Uthinensis ac praepositi et conventus monialium monasteriorum in Renneberghe prope Brunswick, in Winhusen, in Distorpe, plebanus ecclesie sancti Martini in Brunswick et provisor hospitalis sancte Marie in Brunswick, Maguntinensis, Bremenensis, Halberstadenensis, Hildesfemenensis, Verdenensis, Lubicensis et Zwerinensis dioecesium, tenore presentium recognoscimus publice protestando, quod nos attentis pluribus gravaminibus et intollerabilibus violentiis, dampnis, injuriis, periculis et incommodis, que jam multis retroactis annis et temporibus bonis et redditibus nostris salinaribus et eorum libertati in salina Luneborg, dicte Verdenensis dioecesis, dampnabiliter obiabant, ex quibus non modicum timemus maiora nobis dampna inferri posse temporibus futuris in eisdem, et presertim eo nihilominus considerato, quod multe ecclesie, monasteria et persone inter nos premissarum injuriarum atque diversarum gwerrarum occasione proch dolor! adeo sunt depauperate, quod non sufficiunt propriis suis sumptibus et expensis iura et libertates suas in salina Luneborg per se solum defendere ac huiusmodi dampnis, violentiis et iniuriis resistere via iuris, cupientes huiusmodi defectui, dampnis et periculis singularum ecclesiarum, monasteriorum et personarum ad premissa minus sufficientium, quam commodius possumus, communiter tollerando subvenire, matura deliberatione prehabita, sponte, libere et unanimiter convenimus et concordavimus ac tenore presentium convenimus, concordamus et mutuo nos unimus etiam cum quibuscunque aliis ecclesiis, monasteriis et personis hic non expressis, redditus et bona in dicta salina Luneborg obtinentibus, nobiscum in huiusmodi unione et concordia convenientibus et nobis adherere volentibus quomodo libet in futurum, ad agendam pro nobis communiter aut divisim in iudicio vel extra contra quoscunque iniuriatores reddituum et honorum nostrorum salinarium, cuiuscunque dignitatis, ordinis, status vel conditionis fuerint, et ad defendendum dicta bona, iura, privilegia et libertates nostras salinares sub communibus nostris expensis et contributionibus propter hoc, prout opus fuerit, faciendis iuxta ratam quamlibet ecclesiam, monasterium seu personam in hac unione comprehensam concernentem. Et quotiens huiusmodi actionis et defensionis necessitas ingruerit et ipsa dominis Hermanno nunc abbati in Riddagheshufen, Johanni Lubicensi, Wernero Hamburgensi et Ludero sancti Blasii Brunswicensis ecclesiarum nunc decanis concordiliter per nos electis et specialiter ad hoc constitutis fuerit significata, ex tunc iidem quatuor prelati infra mensem in locum Hamburg debent sub expensis omnium nostrum convenire de modo et forma actionis et defensionis, contributionis et expensarum et aliorum circa huiusmodi factum necessariorum tractaturi et ordinaturi. Et quicquid per ipsos quatuor factum, ordinatum seu dispositum fuerit circa premissa, hoc gratum et ratum habebimus, nec contra faciemus quacunque occasione vel causa de iure vel de facto, et si aliqua actione nos communiter contigerit intentari, ab ea sine unanimi et expresso consensu omnium nostrum nullatenus resiliemus neque aliquam particularem compositionem iniimus. Si autem aliqua singularis ecclesia vel persona ex nobis specialiter agere et de iure suo experiri voluerit super dampnis seu



injuriis sibi illatis, liberam habebit potestatem sub propriis tamen suis expensis contradictione omnium nostrum non obstante, cui tamen quam possumus bona fide totis viribus, consilio et auxilio firmiter assistemus et ipsum in nullo impediemus ipsiusque processus et mandata requisiti benigne exsequemur et adeo diligenter, ac si personaliter omnes ageremus. Volumus etiam, ut per quemlibet nostrum in huiusmodi unione comprehensum de quolibet dominio IV et de quolibet choro salis II solidi Lubicenses solvi debeant decano et capitulo Hamburgensi ad usum omnium nostrum et nunc primo in sigillatione huiusmodi unionis et deinde singulis annis, huiusmodi unione durante tantum, infra festa beatorum Michaelis et Martini, nisi aliter per dictos quatuor prelatos fuerit ordinatum. Promittimus bona fide mutuo in hiis scriptis premissa omnia et singula grata, rata et firma servare sub omnium honorum nostrorum obligatione et hypotheca, presentibus concordia et unione post decennium minime valituris. Per presentem autem unionem nolumus alicui ecclesie, monasterio vel persone ex nobis in iuribus, libertatibus, litteris et privilegiis super bonis salinaribus seu eorum occasione concessis aliquatenus derogari, quam quilibet nostrum libere eis pro conservatione et defensione iuris sui uti poterit et gaudere in iudiciis et extra. In quorum omnium et singulorum premissorum testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Hamborg, anno Domini millesimo CCC<sup>o</sup>. XCI<sup>o</sup>., in crastino beati Bartholomei apostoli.

Aus dem Urkundenbuche des hist. Vereins für Niedersachsen Heft III, 276.

CII. Günzel und Günzel von Bartenleben verkaufen der Priorin des Klosters Diesdorf, Guntgunden von dem Knefbeck, und Sophien von Braunschweig Gebungen aus Wistede, am 3. Februar 1393.

Wy Her Guntzel, Ridder, vnde Guntzel, Knecht, gheheten van Bartenfleve, Guntzels sone des Hovetmannes, Bekennen openbare in dessem Jeghenwardighen breve, Dat wy myt vorbedachten mude endrechtliken vnde mit gudem willen vnde vulbort alle vnsere rechten erven hebben verkoft vnde ghelaten, vnde laten an dessem breve Vrowen Connegunde van dem Knefbecke, Priorinne to Dystorpe, vnde ver Sophien van Brunswich vnde we dessen bref van erer weggen heft mit erem willen, to eruende van Junghvrowen to Juncvrowen in dem Clostere to Dystorpe vornomet to ewighen tyden, Elven schillinghe penninghe, Crucepenninghe in dem dorpe to wistede vor vyr punt penninghe, de se us alrede betalet hebben mit reden penninghen nach vnsere behaghe vnd willen dessen vorbenomeden vrowen Connegunde priorinne vnde Sophien van Brunswich edder we in dessem Clostere to dystorpe dessen bref van erer weggen heft, desses Kopes vnde Latinghe eyn recht were wesen, wanne, wur, wu dicke des nod is. Desse gnade vns to beholdende, dat we edder vnsere erven de vorcreuen eluen schillinghe crucepenninghe moghen wedder kopen vor vyr punt penninghe binnen dessem jeghenwardighen jare, wan de vorcreuen Vrowe Connegund, ver Sophie, edder we dessen bref heft van erer weggen, de vorcreuen eluen schillinghe al vp gheboret hebben. Were dat we den wedderkop vorfumeden binnen dessem Jare, so schal dit en recht ervekop blyven in aller wys,